



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 De Angeli loco & motu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

git quod est vna relatio realis tantum propter vni-
 tatem⁴ causae, sicut pater de aequalitate: pp vnam n.
 quantitatē est in vno corpore vna equalitas trī,
 quamuis sint respectus plures, sicut quos diuersis
 corporibus dicitur esse aequale. Si autem secundū
 omnes illos respectus multiplicarentur realiter rela-
 tiones in vno corpore, sequeretur quod in vno essent
 accidentia infinita, vel indererata: & similiter
 magister est vna relatione magister omnium quos
 idem docet, quamuis sint multi respectus: sic etiam
 vnus homo secundum vnā realem filiationē est
 filius patris sui, & matris suae, quia vna natura
 vnā naturam ab vtroque accepit. Sequendo ergo
 hanc rationem, vi datur dicendum, quod alia sit fi-
 liatio realis in Christo, qua refertur ad patrem, &
 alia qua refertur ad matrem, quia alia generatio
 nascitur ab vtroque: & alia est natura quam habet a
 patre, & alia quam habet a matre. Sed alia ratio in-
 fringit pactum, hoc n. est vniuersaliter tenendum,
 quod nulla relatio Dei ad creaturā realiter in Deo
 existit, sed est respectus rationis tantum, quia Deus
 est supra omnem ordinem creaturā, & mensura
 omnis creaturę, a qua dependet omnis creatura, &
 non e conuerſo, multo magis quam hoc cōueniat
 scibili respectu scientiæ; in quo pp has causas non
 est relatio realis ad scientiam. Est autem conside-
 randum, quod subiectum filiationis non est natu-
 ra, vel natura pars aliqua. Nō. n. dicimus, quod hu-
 manitas sit filia, vel caput, aut oculus. In Christo au-
 tem non ponimus nisi vnum suppositum, & vnā
 hypostasim sicut & vnā personam, quod est sup-
 positum aeternū, in quo nulla relatio realis ad crea-
 turam esse potest, vt iam dictum est: unde relinquitur
 quod filiatio qua Christus refertur ad matrem, est
 respectus rationis tantum, nec propter hoc sequitur,
 quod non sit realiter filius Virginis. Sicut enim
 Deus est realiter dominus propter realem poten-
 tiam qua continet creaturam, sic realiter est filius
 Virginis propter realem naturam quam accepit a
 matre. Si autem essent in Christo plura supposita,
 oporteret ponere in Christo duas filiationes, sed
 hoc reputo erroneum, & in concilijs inuenitur
 damnatum: vnde dico quod in Christo est vna
 relatio realis tantum, qua refertur ad patrem.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod non negamus
 nō esse in Christo realem filiationem qua refertur
 ad matrem, quia causa relationis deficit, sed quia
 deficit subiectum talis relationis, cum non sit in
 Christo aliquod suppositū creatum, vel hypostasis.

Ad SECUNDVM dicendum, quod eo modo quo
 ille homo accepit ex tempore Dei potentiam, eo
 modo accepit filiationem aeternam, in quantum. f.
 factum est vt vna esset persona Dei & hominis, ut
 Ambro. ibidem subdit. Hoc autem non est factum
 per aliquid realiter absolutum, vel relationum tem-
 poraliter in hęcens filio Dei, sed per solam vniōnē
 que realiter existit in natura creata, non autem est
 realiter in persona assumente.

Quod vero in contrarium obijcitur, necessita-
 tem nō habet. Dicitur enim aliquando vnus qualis
 propter vnitatem substantialē subiecti, licet
 sint multę qualitates, ut color & sapor in pomo.

ARTICVLEVS III.
 Vtrum Christus in cruce mortuus fuerit.

Circa secundum sic proceditur. Videtur, quod
 Christus in cruce mortuus nō fuerit. Si enim fuit
 mortuus, aut hoc fuit quia ipse animā a corpore
 separauit, aut pp vulnera: sed non primo modo.

Sic enim sequeretur, quod Iudaei Christum non occi-
 dissent, sed quod ipse sui ipsius fuisset homicida, quod
 est inconueniens. Et similiter nec secundo modo
 quia mors qua accidit propter vulnera, prouenit
 homini ex summa debilitate praueuiente, quod in
 Christo non fuit, quia clamās expirauit, ergo Chri-
 stus in cruce nullo modo mortuus fuit.

Præter. Natura humana non fuit in Christo debi-
 lior quam in alijs hominibus: sed nullus alius ho-
 mo cito moreretur propter vulnera manuum &
 pedum. Vulnerus autem lateris fuit ei intus post
 mortem Christi, ergo in cruce mortuus non fuit,
 cum nulla causa mortis eius esse uideatur.

SED CONTRA est, quod dicitur lo. 9. quod
 Christus in cruce pendens, inclinato capite tradi-
 dit spiritum, mors autem est per separationem
 animę a corpore, ergo Christus in cruce mor-
 tuus fuit.

RESPONDEO. Dicendum, quod absque om-
 ni dubio confitendum est Christum in cruce esse
 re mortuum fuisse. Sed ad videndum causam mor-
 tis eius, considerandum est, quod cum Christus fue-
 rit verus Deus & homo, eius potestas liberae quae
 quid pūter ad humanam naturā in Christo, quod
 in alijs puris hominibus non contingit. Volunta-
 ri enim eorum non subiacent quę naturaliter sunt.
 Vnde hæc causa assignatur quare anima Christi
 simul patebatur & frucebatur, quia scilicet eo mo-
 dō

lente hoc factum est, ut non fieret redundantia
 a superioribus virtutibus in inferiores, nec impelle-
 tur superiores virtutes a suo actu propter passionē
 inferiorum, quod in alijs hominibus contingere
 non potest propter naturalem cōiunctionem po-
 tentiarum adiuuicem: & similiter in passio est
 dicendum. Mors enim violenta accidit ex hoc quod
 nocimento illato natura cedit, & quantum natura
 resistere potest, tandiu mors retardatur. Vnde qd.
 natura est fortior, ex equali causa rariū moritur
 aut. Erat aut subiectū volūtatē Christi, quoniam natura
 steret nocimento illato, & quę cederet. Vnde eo
 lente natura resistit nocivo illato vique ad finem

plus quam in alijs hominibus, postit, ita quod in finem
 post multam sanguinis effusione quali integer vna
 bus clamauit voce magna, & statim eo uolente
 natura cessit, & tradidit spiritum, ut se Dñm naturę
 vitę, & mortis ostenderet: vnde hoc admirans Ce-
 tario, dixit. Vere hic homo filius Dei erat. Sic ergo
 & Iudaei Christum occiderunt nocimento mo-
 riter inferentes, & tamen ipse animam suam
 posuit & tradidit spiritum, quia quę voluit natura
 nocimento illato totaliter cessit. Nec tamē culpa-
 dus est quasi sui homicida, est enim corpus pp ani-
 mam, & non e conuerſo. Vnde iniuria fit animę,
 cum propter nocimentum corpori illatū de cor-
 pore expellitur contra naturalem appetitum ani-
 me, sed forte non propter deprauatam uoluntatē
 se interficentis: sed si anima in sui potestate habe-
 ret recedere a corpore quando uellet, & iterū ad-
 uenire, non maioris esset culpe, si corpus desere-
 ret, quod habitator deseruerit domum, culpa ta-
 men est quod inde expellatur inuitus.

Et per hoc patet responſio ad obiecta.

QUESTIO III.
 ENIDE querebatur duo de angelo. Primo,
 Vtrum angelus dependeat a loco corporali
 in suam essentiam, an sit in loco in operatione
 tantum. Secundo, De motu angeli, utrum possit
 moueri de extremo in extremum sine medio.

4. p. q. 46. ar.
 4. o. & opus
 60. art. 1. &
 16.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angelus sit in loco per operationem tantum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod angelus non sit in loco secundum operationem tantum. Prius est enim esse quam operari. ergo prius est esse in loco, quam operari in loco: sed posterius non est causa prioris, ergo operari in loco non est causa quare angelus sit in loco.

¶ Prat. Duo angeli possunt operari in uno loco. si ergo angelus esset in loco solum per operationem, sequeretur quod plures angeli essent simul in uno loco, quod reputatur impossibile.

SED CONTRA. Nobilitas non dependet ab ignobiliori: sed essentia angeli est nobilior quam locus corporeus. ergo non dependet a loco corporeo.

RESPON. Dicendum, quod qualiter angelus sit in loco corporeo, considerari potest ex modo quo corpus est in loco. Est enim corpus in loco per contactum loci: contactus autem corporis est per quantitatem dimensionum, quae in angelo non inuenitur cum sit incorporeus, sed loco eius est in eo quantitas virtualis. sicut ergo corpus est in loco per contactum dimensionum, ita angelus est in loco per contactum virtutis. Si quis autem velit virtutis contactum operationem uocare, propter hoc quod operari est proprius effectus virtutis, dicat quod angelus est in loco per operationem, ita tamen quod per operationem non intelligat sola motum, sed quaecumque vnio qua sua virtute se corpori unit, praesens, videndo, uel continendo, uel quocumque alio modo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse prius simpliciter, quod non est prius quantum ad hoc, sicut corpus subiectum est simpliciter prius superficie: sed non quantum ad hoc quod est colorari, & similiter prius simpliciter est corpus quam tactus, tamen ipsum est in loco per tactum dimensionum, & similiter angelus per contactum virtutis.

AD SECUNDVM dicendum, quod si aliquid mouetur perfecte ab vno motore, non conuenit quod ab alio simul immediate moueatur: unde ratio magis ualet ad oppositum eius, quam ad propositum.

ARTICVLVS V.

Vtrum angelus possit moueri de extremo ad extremum non transiendo per medium.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod angelus non possit moueri de extremo ad extremum quin pertranscat medium. Omne enim quod mouetur, prius est in mutari quam in mutatum esse, ut probatur in 6. phys. sed si angelus mouetur de extremo in extremum, puta, de a, in b, cum est in b, est in mutatum esse, ergo prius erat in mutari: sed non quia erat in a, quia tunc nondum mouebatur, ergo quando erit in c, quod est medium inter a, & b, & sic oportet quod pertranscat medium.

¶ Prat. Si angelus mouet de a, in b, sine hoc quod pertranscat medium, oportebit quod corrumpat in a, & terminetur in b: sed hoc est impossibile, quia sic non esset idem angelus. ergo oportet quod pertranscat medium.

SED CONTRA. Omne quod pertransit medium, oportet quod prius pertranscat equale sibi, aut minus quam maius, ut dicitur in 6. Physic. & ad sensum apparet: sed non potest esse minus spatium quam angelus qui est indiuisibilis, ergo oportet quod pertranscat aequale, quod est

A locus indiuisibilis, & punctalis: infinita autem puncta sunt inter quoslibet duos terminos motus. si ergo necesse esset, quod angelus in suo motu pertransiret medium, oportet quod pertransiret infinita, quod est impossibile.

RESPON. Dicendum, quod angelus, si uult, potest moueri de vno extremo ad aliud absque hoc quod pertranscat medium, & si uult, potest pertransire omnia media. Cuius ratio est, quia corpus est in loco, sicut contentum ab eo: & ideo oportet quod in mouendo sequatur loci conditionem, ut scilicet pertranscat media priusquam ad extrema loci perueniat: sed cum angelus sit in loco per contactum virtutis, non subditur loco ut contentus ab eo, sed magis continet locum sua virtute super eminentem in loco: unde non habet necesse, ut sequatur in suo motu conditiones loci: sed voluntati suae subest quod applicet se per contactum virtutis huic loco, & illi, & si uult absque medio: sicut etiam intellectus potest applicari intellegendi vni extremo, puta, albo, & postea nigro indifferenter vel cogitando, vel non cogitando de medijs coloribus, quamuis corpus subiectum coloris non possit moueri de albo in nigrum, nisi per medium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum Philosophi & eius probatio locum habet in motu continuo: sed motus angeli non dicitur oportet, quod sit continuus, sed ipsa successio applicationum praedictarum motus eius dicitur, sicut & successio cogitationum, vel affectionum dicitur motus spiritualis creaturae, secundum Augustinum super Genesim ad litteram.

AD SECUNDVM dicendum, quod hoc non accidit per corruptionem angeli, aut nouam creationem, sed quia eius virtus supereminet loco.

Ad illud vero quod in contrarium obicitur, dicendum quod angelus non est in loco per compositionem, sed per applicationem suae virtutis ad locum, quae quidem potest esse indifferenter & ad locum diuisibilem & indiuisibilem: unde potest continue moueri, sicut aliquid in loco diuisibili existens continue intercipiendo spatium: secundum vero quod in loco indiuisibili est, non potest eius motus esse continuus, nec pertransire omnia media.

QUESTIO IIII.

DEINDE querebatur de homine.

¶ Et primo, Quantum ad bonum naturae.

¶ Secundo, Quantum ad bonum gratiae.

¶ Tertio, Quantum ad bonum gloriae.

¶ Circa primum querebantur tria.

¶ Primo, De vnione animae ad corpus, utrum, scilicet, anima adueniente corpori corrumpantur omnes formae quae prius inerant & substantiales, & accidentales.

¶ Secundo, De potestate liberi arbitrii, utrum, scilicet, homo absque gratia possit se ad gratiam praeparare.

¶ Tertio, De dilectione naturali, utrum scilicet, homo in statu innocentiae dilexerit Deum plus quam omnia, & supra seipsum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum formae praecedentes corrumpantur per aduentum anime.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quod per aduentum anime non excludantur omnes formae quae prius inerant. Dicitur enim Genesim 1. Formauit Deus hominem de limo terre, & inspirauit in faciem eius. Quodlibet. S. Tho. A 2. spi-

p. q. 52. ar. 1. & 2. & 3.

p. q. 53. ar. 1. & 2.

D. 118.

118. con. 2.

118. con. 3.

p. q. 26. tic. 3. 4. & 6. ad 1. q. 118. art. 2.